bonum esse valde, placuit cœlum, terra placuit, pla-
cuit mare, placuit soli, luna stellarum splendor
placuit omni, nec displicuit Adam mortalium
primus homo, qui de limo terræ plasmatus para-
diso voluptati, cunctis animantibus præpositus esse ma-
luit, ac constituit. Verum ubi ei adiutorium
simile attribuere decrevisset, soporem in eum im-
misit, cumque obdormisset, tulit unam de costis, quam
ædificavit in mulierem, de quo deinceps universum
humani generis semen progenitum propagatum fuit.
Quanta itaque soli originis suæ causa nobilitas,
dignitas sit, quin perspiciatis nullus omino dubi-
to. Nunc ex quod, quale nomen illius dicat
audiamus quæso. Nomen profecto magnum, nomen no-
bile, et nomen super omne nomen attribuere non du-
bitavit, non erubuit Orpheus sono, Deum enim quam
et Deum Magnum appellare consueverat sono, imo
non Deum solum, sed Regem Deorum, Regem mo-
talium omnium, regemque animantium omnium. Quapropter
egregium sono Deo composuit Hymnum cum aromatibus
sumisque honorum ceremoniis, atque laudibus oblatum,

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 352r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/fr/zbz/D0147/352r)